



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

22. Dies Junii. Omnia illa, quæ h̄ic erant magna, modò sunt nulla.
Eucherius de contemp. mundi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

22. DIES JUNII.

Omnia illa, quæ h̄ic erant magna, modo sunt nulla. Eucherius de contemp. mundi.

Vanitas
omnium
scrum.

Ecce h̄ic, quò vergunt omnes, quos subdivis labores: quibus te exponis, pericula? quibus te fatigas, vigilias? quas fundis, lachrymas? quæ devoras, tædia? quæ perfers, fastidia? quas pateris, molestias? ut, scilicet, acquiras illa, quæ in hac yita, hoc est, momento, sunt magna; & ideo magna fiunt, ac deinde post vitam, id est, totâ æternitate, erunt nulla. Sed proderit totam de rerum inestate, audire, & expendere Eucherii orationem: *Vidimus nuper viros honore conspicuos, celsarum dignitatum insedisse fastigios, & diffuso usque quaque censu per orbem patrimonia diffusos. Cupiditatis successibus viscerant, rebus vota transvolaverant sed privata tantum felicitates revolvo. Reges ipsi, magnos sublimes imperio, auro, gemmisque fulserant. Horum tegmina (mirum dictu textis irradabant metallis; diadema, distinctis intermicabat ardoribus; splendebat instrueta Palatinis aula cultibus, auratis que trahibus tediari uilabant, eorum voluntates, jura hominum, eorum verba leges appellabantur, &c. Ecce, eorum ambitus nusquam est: affluentissimæ quoque opes abierunt; transferunt ipsi tantarum opum Domini. Recentium, inclitorumque regnorum, apud nos jam quedam fabula est. Et tandem hæc omnia obsignat his aureis verbis: Omnia illa, quæ h̄ic erant magna, modo sunt nulla.*

II. O filii terræ ! ô discipuli vanitatis ! ô infant casinophili ! Nonne experientiâ magistrâ intelligi-
tis evolare tempus , alis non vibratis ; fugere vitam ,
pedibus non sublatis ; digladiari fortunam , brachia
non commotis ; commeatum petere mundum ,
verbo quidem prolatu : homines nos decipere im-
mobilibus labiis; consumi carnem , nemine animad-
vertente ; emori cor , nullis adjutum remediis : deno
que gloriam nostram , ac si nunquam fuisset , transire
mortemque nobis , ne pulsatis quidem foribus
insultare ? Sed si mihi dicenti non credis ; illi sal-
tem adhibe fidem , qui omnem adhibuit conatum
ut omnes mundi voluptates , non primariis tantum
labris degustaret ; sed in eas se totum ingurgitaret.
Hic fuit M. Aurelius Imperator ; sic ipse jam mo-
riens : *O munde ! ut nihil aliud es , quam mundus !*
Annus hic est quinquagesimus secundus , ex quo na-
tem me accepisti ; quo toto tempore , ne semel quidem ex te
veritatem audiri ; Et in decies mille mendacis te depre-
hendi : nunquam à te quidpiam petui , quin promiseris ;
nunquam mihi promisisti , quod dederis ; nunquam te
cum commercii quidquam habui , quin deceptus sim ;
nunquam societatem tecum inii , quin perierim : denique
nihil unquam in te , cur amandus esses , vidi , Et quidquid
in te videbam , dignum erat odio .

III. Hæc non rusticus , ex agro ; nec agricola , i-
tugurio ; nec miles , è diversorio ; ne plebejus , è tri-
vio ; nec bubulcus , ex hara ; sed Imperator , ex aula.
Itaque quantumvis vel rufis , vel demens , negare
nemo poterit ; fieri non posse , ut in maris profundo
ignis accendatur ; ut in præcipitiis altissimis , via æqua-
sternatur ; ut ex sanguine tenui nervi , ex venis teneri

Junius.

Tessera.

485

ossa fiant: ita nec fieri potest, ut viridis juventæ nos, senectutis ævo non aliquando deflorescat, & mundi bona peritura cum tempore non pereant, & tempus ipsum omne in æternitatis mare non devolvatur. Unde nihil difficilis est, quām inter bona peritura, non perire. Sed hīc serio expendant illi, qui noctes, dielque student struendis opibus, ac cumulandis divitiis. Quibus tandem illa relinquent? patet id ex verbis Davidis: (a) *Relinquent alienis divicias suas, et sepulchra eorum, domus eorum in æternum.* Attende, quid tu illis; quid illi tibi relinquunt. Tu illis relinquis tot laboribus, tantas congestas opes: ipsi tibi relinquunt aliquot, quibus tegaris, cespites. Tu illis relinquis tot silvas, arbores, tigna, ligna: illi tibi relinquunt quatuor, quibus claudaris, asperes. Tu illis relinquis tantam supellestilem vestium, ex coco & purpura & bysso: ipsi tibi relinquunt sepulchralem, quā involvaris, sindonem. Tu illis relinquis tot amplos fundos, tot fertiles agros, tot pinguis pascua, tot ampla prædia: illi tibi relinquunt quatuor ulnarum sub terra specus, cæcum telluris, ubi computescas antrum. Claudio cum Poëta:

Dic homo, quid speres? qui mundo totus adhaeres?
Tecum nulla feres, nec omnia solus haberes.

23. DIES JUNII.

Hominibus contra Deum credunt, qui
Deo contra homines non credunt.
S. Cyprianus serm. 5.

H.

I. Mūn.

(a) *Psal. 43. 11.*